AUGUSTINUS. HUGO DE SANCTO VICTORE
12. Jh. Seite 50r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26328
Copyright: Admont, Benediktinerstift



gravissimas molestias perpetiendi atque tolerandi supra quam cuiquam
credibile est fuit. egre persuaderi potest. Sed forte acutius intuen
tibus ignaviam apparet ipsa ignavia (duricia). quia laborem bonorum studiorum
quibus vera acquiritur fortitudo neglexerat. Verumtamen quia sunt audaces
qui timidi non sunt. Et rursus timidi a quibus absit audacia. cum sit utrumque
vicium. quoniam qui vera virtute fortis est nec temere audet nec in
consulte timet. cogimur fateri vicia plura esse virtutibus. Unde
aliquando vicium vicio tollitur. ut amore laudis amor pecuniae
aliquando unum cedit. ut plura succedant. velut quiebriosus fu
erit si modicum bibere et tenacitate et ambitione didicerit.
Possunt itaque cedere vicia etiam viciis succedentibus non virtutibus.
Et ideo plura sunt. Virtus vero quo una ingressa fuerit. quoniam secum ceteras
virtutes ducit. profecto vicia cedent omnia quecumque intrant. Non
enim omnia inerant. sed aliquando totidem aliquando plura pauciorib
vel pauciora pluribus succedebant. Nec utrum se ita habeant
diligentius inquirendum est. Non enim et ista divina sententia est quae
dicitur. qui unam virtutem habet omnes habet. eique nulla inest cui una
defuerit. sed hominibus hoc visum est multum quidem ingeniosis
ac studiosis. sed tamen hominibus. Ego vero nescio quemadmodum dicam
non dico virum a quo de nominata dicitur virtus. sed etiam mulierem quae viro
suo servat thori fidem. si hoc faciat propter preceptum et promissum
dei et quae primitus sit fidelis. non habere pudicitiam. aut eam
nullam vel parvam esse virtutem. sic et maritum qui hoc idem ser
vat uxori. Et tamen sunt plurimi tales. quorum sine aliquo
peccato esse neminem dixerint. Et utique illud qualecumque
peccatum ex aliquo vicio venit. Unde pudicitia coniugalis
in viris feminisque religiosis cum procul dubio virtus sit non
aut nichil aut vicium est. non tamen secum habet omnes virtutes.
Nam si omnes ibi essent. nullum esset vicium. Si nullum vicium. nullum
omnino peccatum. Quis autem sine aliquo peccato. Quis